



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Via Vitæ Operis Hvivs Hypothesis

Florentius <Batavus>

Antverpiae, 1551

Quomodo mens deo deuota lamentari debeat suam supinitatem & vitam saecularem. Cap. 13.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30077

DE TRIBVS PARTIBVS

Quomodo mens deo deuota lamentari debeat suam
supinitatem & vitam secularem. Cap. 11.

Quisquis ergo verè cōuertere sese de-
siderat ad dominum: aut in spiritu se-
dulo studet promouere, cupiens si-
mul & sibi & mundo huic demori, tamen
fortasse tetriora nulla flagitia commiserit,
nec sibi conscius sit, de alijs quam de solis ve-
nialibus peccatis, planget nihilominus hoc
nomine, quòd non a puero totum sese ex in-
timo cordis affectu accommodarit diuino
amori, ita cum beato Bernardo dicendo. **O**
Bern. domine Deus, quantum mihi temporis pe-
riit, in quo me comperio sine fructu vixisse
ante tuos oculos. Quomodo audebo aut po-
tero leuare faciem in magno illo ac tremen-
do die iudicij, quando enumerari facies om-
nibus vitæ meæ dies, quādo inquirens & per-
scrutaberis quem fructum fecerim in singu-
lo quoque illorum? O domine Deus vt quid
neglexi satagere, vt tibi cor meum omni tē-
pore vnirē, vt te affectu & intentione com-
plecterer, vt gaudium meum in tua sola dul-
cedine collocarem? Vbi omnes internæ ani-
mæ meæ vires fuerunt, quando tecum non
fuerunt, quum omnes creaturæ a te habeant,
quicquid in ipsis est laudabile, desiderabile,
aut delectabile? Poterit quoque qui eiusmodi est

di est & alias consimiles plangendi formas
 sibi confingere: atque hoc aut simili aliquo
 modo secum frequenter cogitare, aut dice-
 re. O mi Iesu fons omnis pietatis, mihi con-
 donare velis, quod haecenus immensam, mel-
 lissimam, & increatam tuam dulcedinem non
 uti dignum est cognouerim: quodque (vilipe-
 so animae meae ornatu, neglectaque foelicissi-
 ma animae meae cum tuo dulcissimo spiritu
 unione) adnissus non sum, ut illam potuissem
 gustare: praeterea quod tam raro in meum
 ipsius cor descenderim, illud tibi paraturus
 cubiculum in quo saepenumero & diu pote-
 ras conqueuisse, ut ibi te exciperem, ibi te
 dulciter fruerer. Vae mihi infelici. Indulge
 mi desideratissime amator, quod placidissi-
 mam & optimam voluntatem tuam non semper qua-
 erim nec sequutus sum: quod tuam amicitiam
 non aestimauerim esse meum summum bo-
 num: sed quod prodigum illum imitatus fi-
 lium, multo tempore porcos pauerim, por-
 corumque filiquis, hoc est inanibus ac foedis
 voluptatibus mundi huius saepenumero pa-
 stus sim. Ignosce quod serius te agnoscere,
 quod serius coeperim currere in odorem tu-
 orum unguentorum, nempe gratiarum atque
 virtutum. Ne quaeso mihi tuam subtrahas
 dexteram, nec dedigneris opem ferre vel se-
 ro tandem

ro tandem

ro tandem resipiscenti: sed eo me magis corrobora, eoq; in pelle vehementius, quo resipiscere cœpi serius (quandoquidē bona temporis mei portio iam dudum exacta est) vt celerius currendo præteritum tempus, quod mihi perire passus sum, redimam: vtq; mortis meæ nox non me prius obruat, quam ad eum peruenero statum, ad quem me semper oportet properare, qui est perfecta animæ meæ cum spiritu tuo vnio, per verum, sincerum & perseverantem amorem.

Quemadmodum dolere, seq; ad impetrandam veniam exercere debeat, qui grauioribus est obnoxius vitiis.

Cap. 14.

Quod si vero quis grauioribus sit onustus criminibus, longē debet seueriore compungi dolore: atque adeo cotidie ciulare, & in ipsum cœlum vociferari, cogitando & complorando, quod quasi adultera & impudica quæpiā mulier in cœlum peccarit, dum sponsum suum Iesum cōtempnit, dumq; conditorem, redemptorem, & conseruatorem suum vilipendit. Frequēter quoq; ignitis precibus incumbere toto pectore debet, prout sese potest efficacius ad id excitare, non quidem ex libellis flaccidè legendo, sed ex animo, ita nonnunquam cum Augustino dicēdo, Peccare o quam amarā res

Aug. de cō.